Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tribuni uel centuriones uel quinquagenarii presint mi
noribus iudiciis. quae ad singulos quosque ptinent
dirimentes; Puto autem hanc ipsam figuram non
solum in p̄senti secl̄o ecclesiae datam. Uerum et iā
In futuro secl̄o seruandam. Audi denique dn̄s quid
dicat In euangelio. Cum sederit inquit filius ho
minis sup̄ thronū gloriae suae. sedebitis et uos sup̄
xii thronos Iudicantes xii tribus isrl̄; Uides ergo
quia non solum dn̄s iudicat cui omne iudicium pat̄
dedit. sed et constituit sibi et alios principes qui
iudicent po plm̄ de minorib; causis. Uerbum au̅
quod grauius fuerit referent ad ipsum; id cir
co dicebat et dn̄s de quodam quidem. reus erit
concilio. De alio autem reus erit gehennae ignis;
Sed et de uerbo ocioso dicimus (dicit nos) praestaturi (os) rationem;
et non dixit quia ad̄o praestabimus rationem. si
cut de p̄iurio dicit. reddis autem dn̄o iuramenta
tua. Uerum et regina austri surgit in iudicio
cum uiris generationis huius et condempnauit
eos; Ecce et aliud iudicii genus; qui habet au
res audiendi audiat; haec enim omnia typus
et umbra sunt caelestiū et imago futuro
rum; Uerum sicut scriptū est (esse) legimus quia
non satiatur oculus uidendo nec auris auditu.